Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brief von Philipp Melanchthon an Jakob Runge vom 14.04.1560 - K 3097, 4

Melanchthon, Philipp

[s.l.], 14.04.1560

urn:nbn:de:bsz:31-69174

Visual Library

ak
K 3097, 4
Melanchthon

S. D. Reverende vir & cariss. frater.

Legi tuas conciones de pulcherrima vita & de pulcherrima morte philippi Principis, et Legi philippus breui moriturus. Etsi autem deo gratiae agendae sunt pro beneficijs in vita & migratione principi datis, et ipsi gratulanda sunt haec bona, tamen haec non cogitamus a mediocrib. hoib. sine commiseratione. aliquoties igitur legenti mihi tuam historiam Lacrymae erumpebant, intuebar enim non ipsum tantum principem mortuum, sed avos, patrem, et matrem quos novi omnes. Fuit omnino florens familia Palatina & avo vivente et postea avunculo patriam regente cuius magna fuit integritas & autoritas. Meminimus chā

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

~~patris Hymenaeũ~~

patris Hymenaeũ Heidelbergae celebrari

cũ vidissem Equitũ pulcerrimo

et virtus Ludis equestrib. laudaretur,

Ego adolescens portabã vina hos. ab.

apud nostrũ doctorẽ. Quã brevi

Spacio tot magnos & bonos principes

amisimus. precor aũt filiũ dei

custode[m] Ecclesiae suae, ut det ei

salutares doctores & salutares

principes, servet etiã & ipsos

vestros duces. Edi germanicã

concionẽ ante cetera volui

quo [illegible] Illustriss. dominae Luciã possi-

lemius lectione eius spero [illegible]

populo prodest consideratio cõmodorũ

& incõmodorũ in imperijs. Mitto

Typographus exempla ducenta &

preciũ scripsit in pagella quã mitto

200 exempla faciunt 3 fl. 3 gross. 8 d.

Caetera edentur ante mercatū Lipsicū.

Haec ~~et~~ vix scripsi tremula manu
quia catarrhus qui mihi tricennio
molestus fuit, nūc febrem mihi
adfert, quia et climactericus
annus mi adfluxit, et cōsuetudo
tē et ō mihi infesta est in
Loco ἀναλεπτικῷ. Editus est
libellus, in quo Flaciani petunt
synodū a suis principib. ~~cōvoc~~
convocari, architectū scripti
video Morlinū esse, cuius inquietā
naturā novisti. Thrasicū
disputationū Bremae fieri Canonici
prudentes viri dissuaserūt.
Romanus Pont. cū Regib.
de synodo deliberat. Nā et
gallia convocavit synodos, et
saevicior coercetur intervallū. Omnino
magna mutatio generis humani impendet
~~quā~~ in qua filius dei servet Ecclesiā suā
Bene vale et rescribe die Paschatos 1560
Philippus Melanthon

Philippus Melanchthon mortuus est ao 1560. d. 19. Aprilis. Calvisius in Chronologia f. 847.
Dies Paschatis quo data sunt hae litterae, fuit 14 Apr.

Reverendo viro
eruditione et
virtute praestanti
Iacobo Rungio
Doctori theologiae
superintendenti
Ecclesiarum dei in
inclytae gente
pomeranica
fratri suo
carissimo